

immortalitatem non planè cognoverunt, maximis læpe tamen contentioni-  
bus, & acerbissimis discriminibus vi-  
tam, & caput suum objecere. Quod pro-  
fecto non fecissent, nisi à natura ipsa ad-  
moniti, summum quiddam bonum exi-  
stere conjectati fuissent, cujus in imagi-  
ne, & simulacro tam multas partes ex-  
perirentur esse delectationis, & gloriæ.  
Est enim profecto hæc sanæ, & laudis  
ad commemorationem hominum cele-  
britas, imago illius verè immortalita-  
tis, quæ eximio dono omnipotentis Dei,  
uni Christiano generi, per Dominum no-  
strum Jesum Christum proposita est, ad  
quam potissimum aspirare debemus:  
hanc verò ita caram, jucundamque du-  
cere, si probequm, & prudentium testi-  
monium nobis deferatur, quod quidem  
in te nobis egregie contigit. Non enim  
ingenio solum tuo honorati, illustrati-  
que sumus, sed (quod nobis etiam gra-  
tius est) iudicio comprobati, etsi enim  
ingenii gloria concedis nemini, vel om-  
nibus potius præstas, qui in hoc scriben-  
di genere cum laude versati sunt, tamen  
cum ipso scriptionis argumento offen-  
das, qua sis pietate, sapientia, religione  
præditus, jucundius etiam accepimus  
testimonium optimi, & religiosissimi vi-  
ri, quam studium doctissimi. Quapro-  
pter maxime virtute, tu quidem, id enim  
es consecutus, quo nullum majus homi-  
ni bonum in hac vita existere posse vi-  
deatur: maximorum enim donorum,  
quibus te affecerat Deus, gratia illi (quo  
ad mortali homini licuit) relata, illud